

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 5440

**Auteur(s)** : Bauplois (doyen)

**Bénéficiaire(s)** : Nicolas de l'Époisse [clerc]

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1299, 1 décembre

**Lieu d'émission** : Gorges

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Perrote, fille de Raoul Fèvre, fait un échange avec le clerc Nicolas de l'Époisse. Elle lui cède tous ses héritages présents et à venir sur la paroisse de Gorges, et il lui donne une pièce de terre située sur la même paroisse.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 207, p. 338-339.

Texte établi d'après a

Universis hec visuris, decanus de Bauptesio, salutem in Domino. Noveritis quod in jure coram nobis apud Sanctum Georgium personaliter constituta Perrota, filia Radulfi dicti Fabri defuncti, sponte sua recognovit se concessisse et dimisisse perpetuo et ad finem magistro Nicolao d'Espissa, clerico, suisque heredibus sive causam habentibus ab eodem, omnem hereditatem quam habet eadem Perrota et habitura est, tanquam [in] parrochia de Gorgiis et alias ubicumque, tam ratione future successionis as Lucie et Emelote, ejusdem P[errote] amittarum, et Thomasie, filie Johannis dicti Fabbri, quam ejusdem P[errote] aliorum parentum quorumcumque et cujuscumque conditionis existant, cum omni jure et potestate quam vel quod habet eadem P[errote] et habitura, et ad hereditatem retrahendam seu emendandam si qua a suis parentibus seu eorum altero venderetur, necnon et specialiter unum panem unius denarii et unam galinam cum homagio Thome Fabri, quem panem et gallinam idem Thomas dicte P[errote] debebat annui redditus et reddebat, de sex peciis terre sitis in parrochia de Gorgiis, videlicet una versus ripariam de Bricquebo inter terram dicti Thome et terram genciam dicti Fabri ; altera inter terram dicti Thome et terram filie Johannis dicti Fabri ; tertia apud apud Le Gardinet inter terram Galoiz et terram uxoris Robineti de Planqua apud La Fosse Bordel inter terram Silvestri Roberti et terram Germani dicti Fabri ; quinta apud campum de Albbacia inter terram Thome de Planqua et heredum Ricardi dicti Bonistart ; sexta versus montaniam inter terram Petri de Planqua et terram Laudi dicti Canin, necnon et omnia alia et singula ab eadem P[errote] habita et habenda jure hereditario, ut prefertur, preter quoddam mesnagium quod habet eadem P[errote] in hamello Gouhier ; et promisit dicta P[errote] per fidem in manu nostra prestitam ab eadem et sub pena excommunicationis quam in ipsam a nobis super hoc monita viva voce et in contraditores ex nunc fermius si dicta P[errote] seu quis eorum post monitionem nostram sibi factam predictam obligationem contradixerint quoquomodo. Pro hac autem obligatione a dicta P[errote] facta predictam obligationem per scriptionem solemnem in futurum tenenda, ut prefertur, dictus clericus dimisit ad finem perpetuam et concessit dicte Perrote et tribus suis parvis aut eorum altera aliis succedenti et succedere valenti, unam peciam terre sitam in parrochia de Gorgiis inter terram Stephani Roberti et marescum

de Gorgiis et juxta terram clerici sepedicti, ita tamen quod dicta P[errot]a unacum predictis ejusdem P[errote] parvis aut eorum altera, ut prefertur, reddent inde decetero dicto clerico, sive causam habentibus ab eodem, duos panes duorum denariorum quamlibet duas gallinas annui redditus terminis in parrochia consuetis, cum homagio eorumdem. Quam terre peciam dictus clericus tenetur eisdem defendere contra omnes et excambiare ad valorem, si sibi aut eorumdem [altero] sit necesse. Quod omnibus quorum interest aut interesse potest per presentes litteras significamus sigillo curie nostre sigillatas, datas anno Domini M° CC° nonagesimo nono, die martis ante festum sancti Nicolai hyemale, signoque P[errote] roboratas. Ad hec fuerunt presentes Ricardus le Gars, Nicholaus Freardi, Johannes Helie, Guillotus le Valleis et Thomas Autouel, cum pluribus aliis fide dignis.